

Hermann Lembke

Programma Quo Hermannus Lembke I. U. D. Cod. Prof. Facult. Iurid. Senior ... Ad Disputationem Inauguralem Dn. Candidati Iohannis Iacobi Weitz ... Die XXV. Maii ... sedulo ac officiose invitat : [P. P. Rostochii, sub Sigillo Facultatis Iuridicae, die 26. Maii, Anno 1669.]

Rostochii: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749568887>

Druck Freier  Zugang





K.K. - 2 (150.)

1. Stirn, De foristura private.
2. Stephani, diss. in aeq. editionis alterum seu leonada in partiae proclimare processum et normam ordinacionis Camerae lib 1st, 31 collectae ad II. Com. I. Civ. Leonandum de. et laororum statuta freolia via, directum
3. Skipper, de eo, quod justum est; circa ministrorum ecclesiae substitutos. vulgo nunc substitutus non prodiger.
4. Burmann, de modo quo romani publica judicia sunt perficiuntur.
5. von Stöcken, de sigillis, nunc signeten, futhi scriptar. ite.
6. Stypmann, de ordine judiciorum seu processu.
7. Ester, memoria iudicij principium Germaniae.
8. Ester. Prog. de jure posendi litteras quas vocant credentiales alegatis.
9. Schoepfius, de processu in contumaciam in causis criminalibus.
10. van Huynden, de mutatione domicilii.
11. Schüller, de legitimae cum quarta vel limiti portione, superfluti coniugi debita, Concurrentis computatione, nunc nomen Klinckwyl dat gister ex Bauan Engertian ite.
12. Mierhardt, de singulari suum iure.
13. Pestlik, de minoris obligatione.
14. Schubert, de iustitia transactionis testamenti nondum inspectis tabulis ob substantiam bieginam hereditatem.
15. Schultz, de pluralitate tutorum.

16. Schius², de causis dictionis³ sucanis.
17. Gravius, de receptatoribus.
18. Gravius, Syllage assertiorum ex jure civili, canonico, feudali, publico, nec non recessibus imperii depositorum.
19. Le Devig, Specie legium iuris ex illi digestorum partibus conjectum, iuncta mentissa ex Codice, Novellis, jure feudali, canonico et publico.
20. Tabor, de pactis dotatibus.
21. Graffus, De solutione tertio facta.
22. Graffus, De promissione sub omissione honoris et cistimationis, famae et fidei, gem. Bay Harlaub Cen in Graffus, Tomu II Gloribus; item, Bay Dynau Dylectus.
23. Graffus, libertate fluminum publicorum sedicium relata in specie, quæ usum navigationis, legitimis remedij contre vim publicam et privatam aponenda.
24. Graffus, contractus articuli de ut des et contentionis acquisit.
25. Graffus, delineatio mandati iuris dilicatissim de non alienando.
26. Werthofius², de usu iuris romani aliorumque primato cum iurium in decidendis controversiis liberorum gentium.
27. Werthofius², de praeceptione inter gentes liberas contra illustrum scriptorum gallicum Pitcaum Puteanum.
28. Werthofius², de jure germanis patris universiteli.
29. Werner, an confessus ppenfaltius³ a matrimoniali differt?
30. Graovius, de indele rendici ppersoni et similibus intellecta Cam. redintegranda; Cap. III. Quaest. I. introducti.
31. Graovius, de falso conductu judiciali, pppm qdicit qd nra qdicit.

40a
PROGRAMMA

^{Quo}

HERMANNUS ~~Gembke~~

J. U. D. Cod. Prof. Facult. Iurid.

SENIOR, & ad præsentem actum

DECANUS,

Suo & totius inclyti Collegii Juridici
nomine,

^{Ad}

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN. CANDIDATI

JOHANNIS IACOBI ~~Weig/~~

Mœno - Francof.

Die XXV. Maii, in Auditorio Majori, horis ante & post-
meridianis, DEO volente, habendam,

Magnificum DN. Rectorem,

DNN. Professores, Omnimq; Facultatum,

& Ordinum Cives Academicos, ceterosque Litera-
tos, Literarumque amantes, sedulo ac offi-
ciosè invitati.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1669.

28.

L. B. S.



Onorem Virtutis uberrimum esse alimentum, nemo sanæ mentis inficiabitur: Nutrunt etenim, ut Cassiodorus lib. 2. Epist. 26. ait. præmiorum exempla Virtutes, nec quisquam est, qui non ad summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientiā teste, laudatur. Hinc Cicero Tusc. 1. Honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia, Gloriā. Et sive sublimiora pectora spectemus, illustrantur illa publicis ornamentis, sive inferiora intueamur ingenia, honorum collatione eriguntur, quasique vento ad præclara quæque honore excitantur; Quem si rebus humanis sustuleris, tolles & ipsam virtutem, Divam illam pulchriorem Lucifero & candidiorem Hespero, cui dum se conjungit mens humana, cœcas alias mortalium mentes, variis tenebris ac erroribus: nplicas, & pro veris bonis, inanes ac fugientes honorum umbras prosequentes, aspernatur; Eleganter pro more suo ingeniissimus Elegiacorum Princeps,

Non facile invenies multis è millibus unum

Virtutum pretium, qui putet esse /ui,

Ipse decor recti, facti si præmia desint,

Non movet, & gratis pœnitet esse probum.

Cœterū non tantum virtutis uberrimum alimentum, est Honor, sed etiam condignum ejusdem Præmium; Quem, veluti Cicero in Bruto de claris Oratoribus scribit, qui sententiis, qui suffragiis adeptus est, is Nobis & honestus & hono-



honoratus videtur. Hunc si Respublica aliqua benè meriti non confert, sicuti nec poenam flagitiosis infligit, de suæ tranquillitatis ac felicitatis constantia diu gloriari non poterit: Suffragatur huic sententiæ prudentissimus *Anthistenes*, qui aliquandò interrogatus, quænam res urbibus exitium portenderet & respondit: quando nullum esse potest bonorum ac malorum discriminem: sentiebat enim, Rempubl. illam consistere haud posse, in qua nec poena sceleratis, nec vitiōsis honor esset; qui, præterquam quod virtutis præmium sit pérpetuum, illam ipsam necessario consequi ac comitari debet. Unde benè ac sapienter Majores nostri ædes Honori atq; Virtuti gemellâ facie junctim locarunt, innuentes hoc ipso, ibi esse præmia Honorum, ubi adsunt merita Virtutum. Et hæc omnia præprimis de HONORE ACADEMICO, qui Doctrinæ & Eruditioni cum Virtute conjunctæ debetur, asseverare possumus. Hic Doctrinæ, magnis difficultatibus, laboribus, curisq; conquirendæ copiosum est alimentum. Hic est condigna solidæ eruditionis merces, cui libet bene merito à qualibet ritè instituta Academia, ejusq; Præsidibus publicè ac solenniter conferenda. Publicas enim dignitates sola Respubl. in Civis suos dispartitur: & quemadmodum omnis Respubl. civilis præriorum & poenarum exspectatione saluberrière gubernatur, sic quoque quælibet Respubl. Literaria, Academiascil. si ignaviæ ac voluptatibus corporis, nec non luxui ac turpi otio deditos, condigna poenâ, econtra verò diligentiaæ ac doctrinæ, virtutumq; studio sese devo-

devovētes, Honore publico affiat, felicissimè regitur. Et
sanè languescunt omnia honesta in Academiis, nisi illis ab
Honore Academicō prōemium accedat: qui nil aliud est,
quām accuratum sapientissimorum Virorum de dignita-
te aliena judicium, quām publicum eruditio[n]is testimoni-
um, cum dignitate ac solennitate conferri solitum, quām
denique potestas, præclara quæque in Ecclesiis Rebusq[ue]
publicis agendi, & quamplurimis dignitati collatæ con-
nexis bonis perfruendi. Maximus sanè Honor, qui non
fortunæ, non robori corporis, non athleticæ exercitatio-
ni, sed animi ac ingenii dotibus impenditur: Summ⁹ certè
Honor, inter alios dignitatum humanarum splendores, ve-
luti Sol inter alia cœli Sydera corruscans. Non ideò sal-
tem, quod à Sacratissimis Imperatoribus, Pontificibus,
Regibus, Principibus, illustrem suam originem ducat, ut
cupido ejus amore incensi bonarum literarum Candida-
ti, tantò penitus ac generosius in Stadio Academicō de-
currerent; sed &, quod non rei vanæ, citiusque fumo
transituræ, quævè vel in summo felicitatis apice quassari,
everti & in umbram resolvi potest, sed præclaræ doctrinæ
& eruditio[n]i tribui solet, quæ nulli unquam vicissitudini
obnoxia est, quæ sola Nestoris annos superat, seq; ipsam
posteritati ab uno seculo ad aliud transmittit, atq[ue] in ipsam
immortalitatem adserit. In id mentis suæ aciem inten-
dentes vel summo Honorum fastigio olim positi Hero-
es, Honorem Academicum, velut insigne eruditio[n]is ac
doctrinæ brabejon magnifecerunt, illumq[ue] summæ sæpè
generis

generis Nobilitati, quinimodo omni Equestri dignitati
prætulerunt. Id quod Imper. Sigismundus gravissimo ju-
dicio suo confirmavit: Usus est ille J. Cto quodam, cui
nomen fuit Georgio Fiscello, quem & equestri digni-
tate ornaverat. Hic unà cum Domino suo ad Concili-
um Basiliense aliquando profectus, cùm aliquamdiu
dubirasset, Utrum Doctorum, an verò Equitum colle-
gio se aggregaret, tandem cum Nobilibus, veluti opi-
nione suā honoratioribus consedit. Imperator ibi ho-
minem conspicatus, O te sculpsum ait, quisive Milites
sive Nobiles Doctis præferendos censes, mihi quidem
ègregariis militibus vel mille Nobiles & Equites uno
die creare facile esset, verū vix mille annis vel unum
fecero Doctorem. Quo autem tempore certi hono-
rum gradus, Promotionum ordo, ac distincta litera-
torum & titutorum nomina sint introducta, cùm olim
omnium disciplinarum Præceptores, Magistros fuisse
appellatos, doceat J. C. t. Paulus in l. 57. pr. ff. de V. Si
non satis inter Authores convenit; Alii adscribunt ætati
Imperatoris Lotharii, Saxonis, qui Romanarum Le-
gum autoritatem quasi postlimino restituit. Alii
præcedentibus adhuc seculis id tribuunt. Sit quicquid
sit, hoc eompertum & extra omnem dubitationis alea
positum, apud Antiquos in magno semper honore
esse habitos titulos & Honores Academicos, adeò ut
Nobilium virorum complures, eos assumere non eru-
buerint. Siquidem didicerant, unum ornamentum,
alterum

alterum non obfuscare sed illustrare: Præmium eruditio-
nis & doctrinæ gloriam, non maculare generis anti-
quitatem, nobilitatisque corollam, sed quam maxi-
mè condecorare: Artes cum Marte bene conjungi &
Palladis clypeum in præliis, Themidisque tabulas in
castris multùm valere: Videbant hoc Imp. qui, uti
relatum est in leges nostri Imperii, & quali penè loco &
ordine cum Nobilibus collo carunt Doctores, eundēq;
& illis & his vestitum ac ornatum concederunt. Hoc
ipsum igitur plurimi Virtute ac Eruditione conspicui
Viri perpendentes, non sine insigni desiderio, & vo-
luptate, publica hæc præmia ab Academiis, earundem
que Antistibus petierunt & eum laude reportarunt;
Quibus nunc ad sociari desiderat, per eximius DN. Can-
didatus JOHANNES JACOBUS Weiß. Natus
is est in florentissimo Germaniæ emporio, Francofurti
ad Mænum, Parentibus piis & laudatissimis, DN. JO-
HANNE CHRISTOPHORO WEITZIO,
Cive inter Francofurtanos integerrimo: & ANNA
CATHARINA BRAUNIN, Matronâ sui sexus
ornatissimâ. Hic postquam prima studiorum elemen-
ta, in Schola patria, sub ejusdem Rectori D N. M.
JOH. VALENTINI sat solide jecit, missus est ad
externas Academias, & quidem primò Marpurgum,
anno 1662. ubi animum ad Jurisprudentiam adjecit,
ibidemque per biennium substitit, & Institutiones Ju-
ris sub DN. D. HOLTERMANNO Prof. celeber-
rimo

rimo, sedulò audivit; Deinde famosissimam Argentoratensium Academiam salutavit, ubi DNN. Professor. lectionibus juridicis tam publicis, quam privatis cerebro interfuit, in primis Excellentiss. DN. D. REBEHANEN operam sedulam navavit, & sub ejusdem auspicio Disputationem DE USUFRUCTU, eleganter conscripsit & publicè habuit. Anno 1667. Candidatus hicce noster Lipsiam ivit & studiorum cursum strenue continuavit; Neque in vicinia Illustram Salanam insalutatam reliquit sed & ibidem Doctis se familiarem reddidit: Denique nostram Academiam Rostochensem accessit præterito anno, Mens. Septembr. & non solum Mihi, Hospiti suo, sed & cœteris Excellentiss. DNN. Collegis, ardorem suum in literis satis est contestatus, siquidem sub Ampliss. DN. D. REDEKERO, Jus Feudale, & sub Consultis, DN. D. WOLDENBERGIO, Jus Canonicum tractavit: Cùm itaque fiduciam de Jure respondendi, sibi perswasam haberet, nomen suum Amplissimæ nostræ Facultati professus est, & Virtutis Studiorumque præmium decenter petiit. Non potuimus honesto ipsius desiderio deesse, ideoque admisimus illum ad Privatum Examen satis rigorosum, quo superato, ad Publicum viam aperuimus, in quo Disputationem DE LITIS CONTESTATIONE, materia inter Practicas Celeberrimam & in Foro frequentissimam, proponet. Ad cuius

cujus Inauguralis actus festivitatem, Magnificum D.N.
Rectorem, pl. Reverendos, Consultissimos, Experien-
tissimos, Clarissimos D.N.N. Professores, Omnia Fac-
ultatum Doctores, Licentiatos, Verbi Divini Mini-
stros, Artium Liberalium Magistros ac Nobilissimam
Studiose Juventutis Coronam, uti & Omnes ac singu-
los coetui Literatorum faventes officiosè & peraman-
ter invitamus, ut Actum hunc honorificâ ac gratissi-
mâ suâ præsentia cohonestare, eruditionem D.N. Can-
didati explorare, ipsique de prædicta difficulti materia
disserturo, benignas & benevolas aures præbere haud
dedignentur. Postulant hoc ipsum communia nostra
studia, quæ arctissimo invicem affinitatis junguntur
fœdere. Exigit hoc Doctoralis gradus, pro cuius ho-
nore ruendo, adornari Inaugurales Disputationes ve-
neranda constituit Antiquitas. Dignitas ista quantò
frequentius nostro hoc tempore ad abusum abripitur,
tantò minus Nobis committendum erit, ut pretio-
sa hæc Virtutis ac solidæ Eruditionis Brabeja
remere nobiscum vilescant.

P. P. Rostochii, sub Sigillo Facultatis Ju-
ridicæ, die 26. Maji, Anno 1669.



32. Gravius, de commissione emphytus loco.
33. Gravius, de iudicio syndicatus.
34. Gravius, de contradictionibus.
35. Gravius, de reconvocatione.
36. Gravius, de jure sequestri.
37. Ludwig, de processione conjugum.
38. Thomasius, de his quae prouan faciuntur habentur.
39. Musaeus, de pretio iuris iustitiae facri.
40. Schobel, de geritutibus tam realib. quam nrof. realib.
41. Westphal, belli iuste et honesti gerendi modus.
42. Westphal, de commerciis pacatorum ad belligerantes.
43. Werner de solutionibus.
44. Westphal, de pactis liberarum gentium.
~~45.~~ Weghorst, Labyrinthus graduum cognationis in numeru personarum detectus, seu Clavis legis decimae dig. de gradib. et affib.

fol 19 20

est. Cum autem reliqvae lineae omnes sint inaequa numero personarum cum prima concordare neceſſit.

Continentur ergo linea prima
secunda
tertia
qvarta

Summa totius gradus septimi

Præmissorum graduum numerus concordat c
li in l. 10, ff. de grad. & ad fin. nisi qvod in plu
tibus de qvinto gradu sic legitur: Qvinto gradu
nentur centum & octoginta quatnror: sed lege
apparet ex schematis supra allatis.

Egimus de septem gradibus, qvos tractat Pa
Qvod si qvis adeo curiosus fit, ut etiam nu
octavi scire aveat, & huic satis fieri poterit, si ob
que hic occurrere lineas, ex qvibus una est æqualis
in linea recta hic dupletur numerus personarum
septimi gradus occurrentium: inaeqvales singulæ
bunt numerum: æqualis vero dimidio minus.

Ita prima linea continebit
Secunda -
Tertia -
Qvarta -
Qvinta, qvæ æqualis est
Summa gradus octavi

Servatis his proportionibus etiam indagabit
graduum numerus, & in gradu nono invenientur

In decimo

